

petraturus sis, quod plurimis accidisse memini. Quem admodum igitur in hoc exemplo Salis ammoniaci, Sal fixum additum liberat Alcalicam salium partem, ita uti jam ostendam in hac Tartarea fermentatione, Tartarus ad nigredinem calcinatus seu Sal Tartari fixum, liberat Alcalicam Tartari crudi partem à particulis acidis. In Tartaro scilicet crudo vel purificato Cremore sc. ejus, non aliter ac in Sale-ammoniaco duo deprehenduntur Salia volatilia Alkali scilicet & Acidum ex quorum colliquatione ut antedictum Sal fixum oritur. In vini namque fermentatione Acidus particulas superabundantes Alcalicas cum terrestribus ad punctum saturationis usque coagulare, pondereque aucto inferiorem vasorum partem occupare, notissimum est, pluribus etiam demonstrari posset, nisi brevitati studendum esset.

Huic ergo Salibus prægnanti Tartaro crudo, seu depurato in aqua soluto, si addatur Tartarus calcinatus seu

B 4 quod